

## Thucydides 7. 28. 2

Πρὸς γὰρ τῇ ἐπάλλξει τὴν μὲν ἡμέραν κατὰ διαδοχὴν οἱ Ἀθηναῖοι φυλάσσοντες, τὴν δὲ νύκτα καὶ ἑμπαντες πλὴν τῶν ἱππέων, οἱ μὲν ἐφ' ὀπλοῖς ποιούμενοι, οἱ δ' ἐπὶ τοῦ τείχους καὶ θέρους καὶ χειμῶνος ἐταλαιπωροῦντο.

hoc loco pro corrupto fere habetur ποιούμενοι; quamquam coniecturaram, quas viri docti alius aliam tentaverunt<sup>1)</sup>, nullam constat satis esse iustam. Fortasse igitur in ipso ποιούμενοι non later corruptela; qua re conicio ἸΠΝΟΥΣ post ὈΠΛΟΙΣ excidisse: . . . . οἱ μὲν ἐφ' ὀπλοῖς <ἕπνους> ποιούμενοι . . . .

Thucydidi quidem praeter ceteros cordi est illa constructio, per quam vice simplicis verbi fungitur ποιεῖσθαι cum nomine coniunctum (talía dico qualía μάχην ποιεῖσθαι = μάχεσθαι, πλοῦν ποιεῖσθαι = πλεῖν, ταφὰς ποιεῖσθαι = θάπτειν, similia). eandem hanc locutionem apud Pollucem 5. 72 habes (quo loco de lepore disputatur<sup>2)</sup>): τὸν δὲ ἕπνον ποιεῖται καὶ τὴν ἀνάπαυαν ὑποθεῖς μὲν εἰς τὰς λαγόνας τὰ ὄπισθεν σκέλη κτλ.

ad hoc forsitan non ab re sit subtexere subsimilia verba, quae alibi (2. 75. 3) adferat noster: ἡμέρας δὲ ἔχουν ἑβδομήκοντα καὶ νύκτας ξυνεχῶς, διηρημένοι κατ' ἀναπαύλας, ὥστε τοὺς μὲν φέρειν, τοὺς δὲ ἕπνον τε καὶ οἶτον αἰρεῖσθαι.

ille codex Vaticanus 126 (= B) pro ποιούμενοι habet που, quam lectionem in textum receperunt nonnulli. Quod contra rationem subicio hanc. που adverbium est et „indefinitum“ et „definitum“, ut ita dicam; indefinitum ideo quod „in aliquo loco“, „alicubi“ significat, definitum autem quod „in aliquo uno loco“ significat. hoc est, pluralem vim („in aliquibus locis“) non habet που; at haec sola vis in locum nostrum quadrasset. etenim amplitudo murorum Athenis tanta fuit ut necesse sit referre ἐφ' ὀπλοῖς non ad unam solam sed potius ad plures stationes.

Cantabrigiae

Robert Renehan

1) ex. gr. πολούμενοι Rauchenstein, κομώμενοι Müller-Strübing, ἀναπαυόμενοι Jones, πονούμενοι Krüger.

2) quod ad pluralem <ἕπνους> sine articulo adhibitum adinet, conferas licet apud Thucydidem 2.34.1, 3.36.2, 4.13.1, 4.23.2, 5.18.9, 5.61.4, 6.26.2, 7.27.4, 7.27.5, 8.38.5, 8.43.2.